



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Testimonio animæ aduersus Idola.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE TESTIMONIO ANIMÆ LIBER ADVERSUS GENTES.

MONIO ANIMÆ LIBER ADVERSUS GENTES.

CAP. I.



AGNA¹ curiositate & maiore longè memoria opus est ad studendum, si quis velit ex litteris receptissimis quibusque philosophorum vel poetarum vel quorumlibet doctrina sapientiæ secularis magistrorum testimonia excerpere Christiana veritatis; vt amulsi persecutoresque eius de suo proprio instrumento, & erroris in se, & iniquitatis in nos rei reuincantur. ² Nonnulli quidem, quibus de pristina litteratura & curiositatis labor & memoriæ tenor perueuerat, ad eum modum opuscula penes nos condiderunt, commemorantes & contestificantes in suggillationem & originem & traditionem & sententiarum argumenta, per quæ recognosci possit, nihil nos aut nouum aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes & publica litteræ ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris ciecimus, aut æquitatis admissimus. Sed ne suis quidem magistris, aliis probatissimis atque lectissimis, fidem inclinauit humana de incredulitate duritia, sicubi in argumenta Christiana defensionis impingunt: tunc vani poetarum, cum deos humanis passionibus & fabulis designant: tunc philosophi duri, cum veritatis fores pulsant. Haëtens sapiens & prudens habebitur, qui propè Christianum pronunciarit, cum si quid prudentiæ aut sapientiæ affectauerit, seu ceremonias despuens, seu culum reuincens, pro Christiano denotetur. Iam igitur nihil nobis erit cum litteris & doctrina peruersæ felicitatis, cui in falso potius creditur, quàm in vero. Viderint si qui de vnico & solo Deo pronunciauerunt. Imò nihil omninò relatum sit, quod agnoscat Christianus, ne exprobrare possit. Nam & quod relatum est, neque omnes sciunt: neque qui sciunt, constare confidunt. Tanto abest vt nostris litteris annuat homines, ad quas nemo venit nisi iam Christianus. Nouum testimonium aduoco, imò omni litteratura notius omni doctrina agitatus, omni editione vulgatus, toto homine maius, id est totum quod est hominis. ³ Consiste in medio anima, seu diuina & æterna res es secundum plures philosophos, eo magis non mentiens: seu minime diuina, quoniam quidem mortalis, vt Epicuro soli videtur, eo magis mentiri non debebis, seu de cælo exciperis, seu de terra conciperis, seu numeris, seu atomis concinnaris, seu cum corpore inceperis, seu post corpus induceris, vnde vnde & quoquo modo hominem facis animal rationale, sensus & scientiæ capacissimum. Sed non eam te aduoco, quæ scholis formata, bibliothecis exercitata, ⁴ academiis & porticibus Atticis partam sapientiam ructas. Te simplicem & rudem & impolitam & idioticam compello, qualem habent qui te solum habent, illam ipsam de compito, de triuio, de tetrino totam. Imperitia tua mihi opus est, quoniam aliquantula peritia tuæ nemo credit. Ea exoptulo, quæ tecum in homine infers, quæ aut ex te in te ipsa, aut ex quocunque auctore tuo sentire didicisti. Non es, quod sciam, Christiana, fieri enim, non nasci solet Christiana. Tamen nunc à te testimonium flagitant Christiani, ab extranea aduersus tuos, vt vel tibi erubescant, quod nos ob ea oderint & inrideant, quæ te nunc consciam detineant. ⁵ Non placemus, Dominum predicantes hoc nomine vnice, à quo omnia, & sub quo vniuersa. Dic testimonium si ita scis. Nam te quoque palam & tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronunciarit, Quod Deus dederit, & Si Deus voluerit, ea voce & aliquem esse significas, & omnem illi confiteris potestatem, ad cuius spectas voluntatem, simul & ceteros negas deos esse, dum suis vocabulis nuncupas, Saturnum, Iouem, Martem, Mineruam. Nam solum Deum confirmas, quem tantum Deum nominas, vt & cum illos interdum deos appellas, de alieno & quasi pro mutuo vsa videaris. De natura quoque Dei quem prædicamus, nec te laet: Deus bonus est, Deus benefacit, tua vox est. Planè ea dicis, sed homo malus scilicet, contraria propositione obliquè & figuraliter exprobrans, ideò malum hominem, quia à Deo bono abscesserit. Etiam quod penes Deum bonitatis & boni-

A nignitatis ⁶ omnis benedictio inter nos summū sit disciplinæ & conuersationis sacramentum, Benedicat te Deus, tam facile pronuncias, quàm Christiano necesse est. At cū id maledictum conuertis in benedictionem Dei, perinde dicto omnem super nos potestatem eius consistere secundum nos confiteris. Sunt qui etsi Deum non negent, dispectorem planè & arbitrum, & iudicem non putent: in quo utique nos maximè reiciunt, qui ad istam disciplinam metu prædicati iudicij transuolamus: sic Deum honorantes, dum curis obseruationis, & molestiis animaduersionis absoluunt, ⁷ cui ne iram quidem adscribunt. Nam si Deus (inquiunt) irascitur, corruptibilis & passionalis est. Porro quod patitur, quòdque corrumpitur, etiam interitum potest capere, quem Deus non capit. At idem alibi animam diuinam & à Deo conlatam confitentes, cadunt in testimonium ipsius animæ retorquendum aduersus opinionem superiorem. Si enim anima aut diuina aut à Deo data est, sine dubio datorem suum nouit. Et si nouit, utique & timet, ut tantum postremò auctorem. An non timet, quem magis propitium uelit quàm iratum? Unde igitur naturalis timor animæ in Deum, si Deus non nouit irasci? Quomodo timetur, qui nescit offendi? Quid timetur, nisi ira? Vnde ira, nisi ex animaduersione? Vnde animaduersio, nisi de Dei iudicio? Vnde iudiciū, nisi de potestate? Cuius potestas summa, nisi Dei solius? Hinc ergo tibi anima de conscientia suppetit domi ac foris, nullo iridente vel prohibente prædicare, Deus uidet omnia, & Deo commendo, & Deus reddet, & Deus inter nos iudicabit. ⁸ Vnde hoc tibi non Christiana? Atque id plerumque & ⁹ uita Cereris redimita, & pallio Saturni coccinata, & deæ Isis linteata. In ipsis denique templis Deum iudicem imploras, sub Æsculapio stans, Iunonem in aëre exorans, Mineræ calcans furuis galeam formis, & neminem de præsentibus deis contestaris, in tuo foro aliunde iudicem appellas, in tuis templis alium deum pateris. O testimonium ueritatis, quæ apud ipsa dæmonia testem efficit Christianorum. ¹⁰ Enim uero cur dæmonia adfirmamus esse? sanè quasi non & probemus, qui ea soli de corporibus exigimus. ¹¹ Aliqui Chryssippi adsentator inludit ea, & esse, & abominationem suffinere, execrationes tuæ respondent. ¹² Dæmonium uocas, hominem aut immunditia, aut malicia, aut insolentia, aut quacunquè macula, quàm nos dæmoniis deputamus, aut ad necessitatem odij opportunā. Satanā deniq; in omni auersatione & aspernatione & detestatione pronuncias, quem nos dicimus malitiæ angelum, totius erroris artificem, totius seculi interpolatorem, per quem homo à primordio circumuentus, ut præceptum Dei excederet, & propterea in mortem datus, exinde totum genus de suo semine infectum, suæ etiam damnationis traducem fecit. Sentis igitur perditorem tuum. Et licet soli illum nouerint Christiani, vel quacunquè apud dominum secta, & tu tamen eum nosti dum odisti. ¹³ Iam nunc quod ad necessariorem sententiam tuam spectet, quātum & ad ipsum statum tuum tendit, affirmamus te manere post uitæ disunctionem, & expectare diem iudicij, ¹⁴ pròque meritis aut cruciatui destinari, aut refrigerio, utroque sempiterno. Quibus sustinendis necessariò tibi substantiam pristinam, eiusdemque hominis materiam, & memoriam reuersuram, quòd & nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionalis facultate, & nulla ratio sit iudicij sine ipsius exhibitione, qui meruit iudicij passionem. Ea opinio Christiana etsi ¹⁵ honestior multo Pythagorica, quæ te non in bestias transfert, etsi ¹⁶ plenior Platonica, quæ tibi etiam dotem corporis reddit, etsi ¹⁷ Epicurea gratior, quæ te ab interitu defendit: ¹⁸ tamen propter suum nomen soli uanitati & stupori, & ut dicitur, præsumptioni deputatur. Sed non erubescimus, si tecum erit nostra præsumptio. Primò enim cū alicuius defuncti recordaris, misellum uocas eum: non utique quòd de bono uitæ creptum, sed ut poenæ & iudicio iam ascriptum. Ceterum aliàs securos uocas defunctos. Profiteris & uitæ incommodum, & mortis beneficium. Uocas porro securos, si ¹⁹ quando extra portam cum ²⁰ obsoniis & mattæis tibi potius parentans ad busta recedis, aut à bustis dilutior redis. At ego sobriam tuam sententiam exigo: misellos uocas mortuos, cū de tuo loqueris, cū ab eis longè es. Nam in conuiuio eorum quasi præsentibus & conreumbentibus sortem suam exprobrare non possis, debes adulari propter quod latius uiuis. Misellum ergo uocas qui nihil sentit, quid quòd ut sentienti maledicis, cuius memoriam cum alicuius offensæ morsu facis. ²¹ Terram grauem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum: æquè ex bona parte, cui gratiam debes, ossibus & cineribus eius refrigerium comprecaris, & ut benè requiescat apud inferos cupis.

ULLIAN,
Annotati omnibus
ROMELLI,
A V
16.

III.

III.

A. r. Elige quam ex his fidelibus sorore obserues veritatis. Si de tuis litteris dubitas; neque Deus, neque natura mentitur: vt & naturæ & Deo credas; crede animæ, ita fiet vt & tibi credas. Illa certè est, quæ tanti facis, quântum illa te facit; cuius es totus; quæ tibi omnia est, sine qua nec viuere potes nec mori; propter quâ Deum negligis. cum enim times fieri Christianus; eâ cõueni: cur aliud colens, Deum nominat? cur, cum maledicèdos spiritus denotat, dæmonia pronũtiat? cur ad cœlum contestatur, & ad terrâ detestatur? ²⁸ cur alibi seruit, alibi vindicè conuenit? cur de mortuis iudicat? cur verba habet Christianorũ, quos ne auditos visosq; vult? cur aut nobis dedit ea verba, aut accepit à nobis? cur aut docuit, aut didicit? Suspectâ habe cõuenientiã prædicationis in tâta discõuenientiã cõuersationis. Vanus es, si huic linguæ soli aut Græcæ, ²⁹ quæ propinquæ inter se habentur, reputabis eiuſmodi; vt neget naturæ vniuersitatem. Non Latinis nec Argiuis solis anima de cœlo cadit. omnium gentium vnus homo nomen est; vna anima, varia vox, vnus spiritus, varius sonus; propria cuiq; genti loquela, sed loquelæ materia cõmunis. Deus vbique, & bonitas Dei vbique; dæmonium vbique, & maledictio dæmonij vbique; iudicij diuini inuocatio vbique, mors vbique, & cõscientia mortis vbique, & testimoniũ vbique. omnis anima suo iure proclamat, quæ nobis ne mutire cõceditur. Meritò igitur omnis anima rea & testis est; intantum & rea erroris, inquantum testis veritatis; & stabit ante aulas Dei die iudicij, nihil habens dicere. Deum prædicabas, & non requirebas; dæmonia abominabar, & illa adorabas; iudicium Dei appellabas, nec esse credebas; inferna supplicia præsumebas, & non præcauebas; Christianum nomen sapiebas, & Christianum persequeris.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE TESTIMONIO ANIMÆ.

CAP. I.

CAP. II.

1. Magna curiositate, &c.] Positè inscribi caput hoc primum: Præfatio, neque enim aliud quàm beneuolentia captata, totius libri argumentum paucis complectitur. Atqui adnotanda sunt phrasæ vocisq; Tertullianicæ: de suo proprio instrumento, & reuincantur, pro: conuincantur.

2. Nonnulli quidè, &c.] Alludit ad eos, qui ante se aduersus Gentes scripserunt, Græcos præsertim (nam secundus ab Apollonio Latinarum scriptor à D. Hier. in Catalogo recensetur, Quadratus dico, Aristidès, Iustinus Philosophus, Anaxagoras, Meliton, Theophilus Antiochenus, Apollinaris, Tatianus, Irenæus, Clementem Alexandrinum, & Militiades: quorum quædam ad verbum penè suo Apologetico inspexit, ad quæ tacito nomine etiam hic videtur adludere. Adnotatio autem dignæ huius Tertullianicæ phrasæ: pristina litteratura; cõtestificatè, in suggillationem; siquid erroris eiecimus, fidem inclinauit, humana de incredulitate duritia; propè pronunciarit; pro Christiano denotetur; viderint siqui; neque constare confidunt: pro, credunt; Tanto abest; & omni editione vulgatus.

3. Cõsiste in medio anima, &c.] Protopopæia ad Animam, à qua testimonium aduersus Gentes deposit; in qua persisterit ad finem vsque capitis quarti. Varias autem, de quibus hic pauca, Epicuri aliorumque Philosophorum de Anima opiniones latissimè recenset in 3. Tom. 3. libro de Anima. Hoc enim hic dicam: nondum, quem hæc scriberet, fuisse Autorem in errore de Anima traduce aut corporca: quem postea incurrat, uti in Prolegomenis nostris latius, maxime quò sub finem dicat: anima de cœlo cadit.

4. Academicis & porticibus Atticis, &c.] Ita castigantur Latini, pro Academicis, ex iam dicto libro de Anima, ubi vsdem prorsus verbis utitur, quò proinde etiã Lectorè ad Adnotationes nostras remittimus. Rursum autè vide phrasin Autoris: de compito, de triuiu, de textrino (voce Ciceroniana) totam; & vsdè verbis quibus in dicto Apologetico fieri enim non nasci solet Christiana. Item: vt vel tibi erubescant, quemadmodum & L. Curtius l. 5. erubescere fortuna.

5. Nò placemus, Dominum (seu potius meo iudicio: Deum) prædicantes, &c.] Inscribi meritò debet hoc caput: De vniuerso & solo iudice Deo. Certè vel hinc patet hunc esse germanum Tertulliani sermone, quãdoquidè & supra Apolog. c. 17. & infra T. 3. l. aduersus Marcionem, & de Res. carn. vsdem verbis, quãquam paucioribus, idem inculcet, & idipsum faciens l. de Carne Christi, nominatim, vt supra in Argumento, hunc librum citet. Imitantur autem Autorem & Minutius in Octauis, & D. Cyr. l. Quod idola non sint Dii, & Lactant. cum l. 2. c. 1. scribit Ethnicos Deum potius quam Iouè iurasse. Est verò etiam dura vox: figuratè, pro: figuratè.

6. omnis benedictio inter nos summum sit disciplina & conuersationis sacramentum, &c.] Eodem modo dixit l. de Pudicitia: vt sacramento benedictionis exautoraretur, de quo ibi latius. Sufficiat addidisse ubi loqui videri Autorem de Eucharistia Sacramento, hic verò de omnis generis benedictionibus, quibus Ecclesia utitur. Locus proinde notandus aduersus eos, qui eas calumpniantur, quum eas hic appellet summum discipline Christianæ sacramentum. Neque verò de benedictione loqui, quæ laus Dei est, patet ex verbis illic adiunctis: Benedicat te Deus, quæ aut ad hominè aut ad creaturas quæ benedicuntur, referre necesse est, et (vti liquet ex T. 2. nostrorũ Laturgicò Latinorũ in l. Sacra. D. Gregorij, à p. 259. vsque ad 264. & lib. Sacram. Grimoldi Aobatis c. 1. & à c. 102. vsque ad finè) aut eadè ipsa aut similia benedictionibus Ecclesiasticis continentur. Neque etiã recentioribus distaxat seculis in usum venerunt, sed & ante legè, et in lege Moysi (vt natura ethnicis inditã omittã, cuius hic quoque sit mentio) & noui Testamenti tempore semper usitate fuerit. Exeplè gratia: Sic benedixerunt Abraham Melchisedech. Gen. 14. Hebr. 7. Pharaoni Iacob, Gen. 47. Aaron plebi, Leu. 9. Dauid Bersillai Galaditæ, 2. Reg. 19. Simeon Maria & Ioseph, Luca 2. in cuius locum successit Episcopalis benedictio. Sic Noè, Isaac, Iacob, & Marthias iam morituri filiis suis, Gen. 14. 47. 48. Hebr. 11. & 1. Machab. 2. item Moyses, Aaron, filij eius, & Iesue populo Israel, post completas hostias, Leuit. 9. etiã formula præscripta, Num. 6.

TULLIANUS
Annotati onibus
PAMELII,
A. V.
16.

ante obitum, Deut. 28. Ioseph 8. David & Salomon cum compleverint sacrificium eidem populo, 2. Reg. 6. & 3. Reg. 8. Christus demque elevatis manibus benedicens discipulos suos, in caelum ferebatur, Marc. 19. Luc. 24. Act. 1. ad quoru exemplum sub finem sacrificij iam inde ab arate Apostoloru datur benedictio. Sic Ioseph Isaac, & Tobias, Rebecca & Sarae partes benedictionem impertiti sunt, Gen. 24. Tob. 7. & 9. unde mutata nuptiaru, quas etiam Christus sua presentia benedixit in Cana Galilee, benedictio, sic benedixit Elcana & uxori, filioque Samueli Heli sacerdos, 1. Reg. 2. et pueros Christus complexas, imponensque manus super illos, benedicebat eos, Math. 19. Luc. 10. ex quo orta infantu in baptismo benedictio. Sic Christus panem & pisces benedixit, Math. 14. Marc. 6. Ioan. 6. ac Math. 15. Marc. 8. quem morem Ecclesia imitatur in benedictione panis, que benedictum nuncupant, de quo in Laturgicis, ac ante cibi aut potus sumptionem, Apostolo teste, qua sanctificari dicit creaturam per verbum & oratione, 1. Tim. 4. de quo vide Adm. nostras in D. Cyprian. epist. 63. ad Caecilium, p. 39. Sic aqua asperisionis, que iuxta Alexandri PP. 1. institutionem benedicitur, successit in asperisionem sanguinis & aquae, qua tu Aaron & filij eius tum vestimenta sacerdotalia & tabernaculum, altare & sanctuarium aspersit Moses, Leuit. 7. 16. & Exod. 24. Sic et cineris benedictio feria quarta in capite quadragesimae ad imitationem Moysi, qui cinere vitulae asperso omnem sanctificavit congregatione Israel, Leuit. 16. Heb. 9. De reliquis quoque Ecclesiasticis benedictionibus, ne hic sim prolixior, id esse iudicium, vel orationes ipsae, quibus cerei, palmae, oleum, christina benedicuntur, quas in Ordine Romano reperire est, & dicto Laturgicis nostrorum T. 2. testatum faciunt. De benedictionibus item sacramentorum, ut potest aquae in baptismo, christinae in confirmatione, panis & vini in Eucharistia, personarum per manuum impositionem, & aliis, in Pamentis, Ordinis, & Matrimonij, olei denique extrema unctionis Sacramentis, alibi latius. Lego autem rursus ex 1. edit. Gagnae dispectorem, pro eo quo I. Gelenius: despectorem, eo quod aduigatur: arbitrum & iudicem, quibuscum magis convenit dispector, qui diligenter in omnem partem omnia videat & consideret, quam despector qui deorsum videat, maxime cum sequatur: sic Deum honorantes, du curis obseruationis, & molestiis animaduersionis abfoluunt. Malo etiam legi, At idem, uti erat prius, quam iidem: quia etiam alibi idem plurali numero usurpat.

7. Cui ne iram quidem adscribunt, &c.] Fortassis hoc ad errorem Tertulliani vergit, quo Deum corporeu alibi ubi facit, et proinde passionibus obnoxium, uti latius in Prolegomenis, nisi iram Dei improprie accipimus, sicuti alij Patres, pro vindicta Dei. Ad quod videtur spectare illud: unde ira nisi ex animaduersione? unde animaduersione nisi de Dei iudicio?

8. Unde hoc tibi non Christiana? Ita castigavit Latinius, pro Christiane, alloquitur enim animam, & manifeste id convincunt quae sequuntur.

9. & vitta Cereris, &c.] Vel hinc patet librum hunc Tertullianum esse. Nam sicuti lib. de Pall. c. 4. vitta Cereris, Pallium coccineum Saturni sacerdotibus adtribuit, et quod ibi dixit de tenebrica veste, et capite terrici velleris Bellone, hic Mineruam (inquit) calceas furuis galeam formis. Illud explicari potest ex Clem. Alexandrino adu. Gentes, qui ex quinque Mineruis (sicuti & Arnob. 1. 3.) vltima facit filia Pallantis & Titanidis, filia Oceani, quae patre impie ab ipsa sacrificato, ornata fuit patris pelle tanquam velleris. Istud obscurus est, nisi ex mea coniectura legas, Mineruae calceas furuis galea formis: ut calceate accipiat furuis illud Act. 12. Calcea te calceas tuas, pro, induere; & alibi

dat ad vellus furuis sine tenebricosum, quo tanquam galea caput tegebant Mineruae sacrorum ministri.

CAP. III.

10. Enimuero cur daemonia, &c.] Inscriptissimus caput hoc: De demoniis, quod eiusdem plane est argumeti cum 22. & 23. i. Apologeticis, ad quae Lectore remittimus, hoc addit, quod ex ipse al. quor verbis utrobique patet Tertullianum esse hinc libru. Vide eadem apud D. August. 1. 9. de Ciuit. Dei c. 19.

11. Aliqui Chryssippi adlentator includit ea. Atelle, &c.] Sic recte Gelenius est vero plane Tertullianicus, Aliqui, pro, aliquis. Videtur autem Chryssippus Philosophus (de quo latius lib. de Anima, infra Tom. 3.) daemonia illiusse, libro, quantum apparet, de diuinatione, quem citat Lactantius lib. 1.

12. Daemonium vocas, homine, &c.] Oratio imperfecta, quia dicere oporteret: homine affectu immuditia, aut simile quid. Reposuius etiam ex margine editionis Gagnae, auerlatione; pro, vexatione. Et adnotanda vox phrasologica Tertullianica: interpolator, ac danationis traducem dicit, uti etiam adnotauit Latinius: & lecta in bonam partem.

CAP. IIII.

13. Iam nunc quod ad necessarioe sententia, &c.] Caput hoc De itatu anime post morte tractatum continet. Atqui similiter infra T. 2. l. de habitu mulieris (quod non reuicet etiam Latinius) operas necessarios dicit: & T. 3. l. de car. Christi: necessarius aliquid, i. de dispendio vitae; pro, morte. Auctori frequentissima est, ut alibi latius.

14. proque meritis, &c.] Locus pro operis meritis, quales alibi complures. En vie o rursus vocem obsoletam: pallionalis, pro, passiois obnoxia.

15. et si honestior multo Pythagorica, &c.] De hac opinione Pythagore latius supra Apolog. c. 48. num. 606. & infra T. 3. l. de Resurr. carn. ac lib. de Anima.

16. et si plenior Platonica, &c.] De hac sic aperit in initio l. de Resurr. carn. Platonica (inquit) immortalem animam e contrario reclamant, immo adhuc proxima etiam in corpora remeabilem.

17. et si Epicurea gratior, &c.] Nihil enim esse post morte (inquit ibidem) Epicuri schola est. Et proinde magis placet, gratior, quod ex margine in contextu inseruit Gelenius, quam, grauior, ut habebat 1. editio.

18. tamen propter suum nomen, &c.] Resurrectionis nomen intelligit Gentibus non nouum modo, sed et iudicium, uti videre est Act. 17. cum Epicurei & Stoici Philosophi cum Paulo differentes, Nouorum (inquiebant) daemiorum videtur hic adnuntiator esse; quia Iesum & resurrectionem adnuntiabat eis.

19. siquando extra portam.] Adnotanda consuetudo extra portam busta, seu sepulchra condendi, primum apud Ethnicos, deinde apud Iudaeos, uti patet ex Chryssippi sepulchro. 10. 19. & mortuo elato adoletere extra ciuitatem Naim, Luc. 7. Quae etiamnum seruatur multis in locis apud Gallias: ubi caemiteria extra ciuitates plerumque videre est.

20. cum obsoniis & matris tibi potius parentis ad busta, &c.] Similiter initio l. de Resurr. carn. Et tamen (inquit) defunctis parentant, & quide impensiss. officio, &c. ubi ego magis ridebo vulgus, tunc quoque cum ipsos delectos atrociss. exurit (hinc busta appellata) quos pro modo guloss. nutrit. Mattae enim (Athens interpres) dicta praetiosa edulia omnia, hinc Martelicus Caladonem gulossus dicitur. Improbatur autem ea consuetudinem adhaec id usque temporis in Africa, etiam Christianis vixisse, D. Ambrosius in illud Lucae: Sine mortuis sepelire mortuos suos.

ad Aug. l. 6. Consc. 2. De mor. Eccl. cathol. l. i. c. 34. Epist. 64. ad Aurelium, Conc. i. in Psal. 48. Hodie in locum illarum epularum apud sepulchra successit Agape seu mensa pauperum.

21. Terram grauem imprecaris, &c.] De proverbiali hac formula: Sic tibi terra grauis: & altera sub huius capitis finem: Abiit iam, & reuertebit. que etiam nam vulgo quoque Teutonico in ore est, vide nostra Prolegomena. Sunt autem Tertullianica: qua nec, atquin, cōgregior, letioris (pei.

22. Longū est retexere Curtios & Regulos, &c.] Notior est Curtiorū et Regulorum, qui pro patria morte optinuerunt, historia, quā ut pluribus sit opus. Meminit autem Auctor Regulorum vlt. c. Apol. supra, tit. 2. l. ad Mart. Aequi quid Auctori Elogia, partim supra diximus c. 2. Apol. n. 22. & mox ex Rhen. latus l. seq. ad Scapulam. Postumā famā verō Metaphoricas dixit, eā que post mortem perdatat.

CAP. V.

23. Hæc testimonia animæ, &c.] Titulum dedimus huic capiti: De auctoritate testimoniorū Animæ. Vide ante rursus phrasin vocēque Auctoris: tanto, quāto; profpicem, prouidum; ac exitus sui aduersarij ipsius: quamquam ibi mendum subesse videtur, ut legendum sit & aduersarij, ut referatur exitus sui ad statum anime post mortem, et aduersarij ad Sarhanam, uti supra latus cap. 2.

24. Certè prior anima quā littera, &c.] Locus iste, quandoquidē paulopost hęc anime loquelā, Traditionē nunciat, optime possit adaptari ad Traditionē Eccl. auctoritatēque que libris omnibus et stylo, id est, litteratura omni priores sunt. Que voces etiam sunt Tertullianica.

25. antequam Mercurius (opinor) natus fuisset.] Mirū est quod hic & l. de Cor. mil. c. 8. Mercuriū litterarū inuentorē faciat, cum Apol. c. 10. Saturno id inuentū videatur adscribere, sicut etiam Minutus in Octauio, & D. Cyr. de idol. van. (ubi aliquid hac de re adnotauimus, n. 10.) nisi etiā scriptores Ethnici ea in re variarent. Hyginus enim fab. c. 277. variis auctoribus variis adscribit litteras, uti & Plinius sub finē l. 7. nat. hist. Diodorus interim l. 1. Mercuriū eos in Ægyptū intulisse scribit: eumque Ægy-

ptiū quintū eius nominis fuisse, Cicero l. 3. de nat. Deorū, & post eū Arn. l. 3. commemorat, quanquā idē Diodorus paulopost Ægyptū primū tribuit carū inuentum. Verū eorum verisimilior est (vri Apol. c. 19. n. 276. diximus) sententia, qui cū Plinio Ægyptias primas arbitrantur litteras, & ab eis ad Phœnices & in Ægyptū delatas, à Phœnicibus verō in Græciam, à Pelasgijs in Latium. Quod ipsum de Hebræis intelligitur in Syria etiā ante diluuiū vstratis. Scribit enim Iosephus Antiq. l. 1. à liberis Seth duabus columnis inscriptā fuisse disciplinā rerum celestium, quarum eam que lapidea fuit, ad ætate usque suā in Syria perdurasse adfirmat. Euf. deniq; de Prepar. Euang. l. 10. c. 2. multis coprobat ab Hebræis primam litterarum tradita elementa.

26. ut suo loco edocuius.] Allud. t. haud dubiè ad c. 19. Apol. quo Lectore ad Adnot. nostras remittimus. Est vero etiā Tertullianicū multo secularibus litteris antecedit: quod ut contradictionē in se non includat, videtur legi debere: non modica tantum ætate: pro, vel modica, callositatem autem pro vetustate accipit, nō aliter atque Cicero l. 3. Tusc. quæ callum vetustatis dixit.

CAP. VI.

27. Crede itaque tuis, &c.] Caput hoc meritō Epilogus inscribitur. At qui plura est paulopost Antithesis: Cur ad cælum cōtestatur, & ad terram detestatur? At si dicat: Deum in cælum suspiciens testem aduocat, & vultu in terram depresso demum execratur.

28. cur alibi feruit, alibi vindicē conuenit.] Alludit ad id quod supra cap. 2. dixit: In ipsis denique templis Deum iudicem imploras; præterquam quod hic nō solum ut iudicem, sed & ut vindicem inuocari ab ipsis Deum insinuat, id est, ut redemptorem & adferentem, quemadmodum ad leges 12. Tabul. hunc locum citans Latinus interpretatur Reuarius noster cap. 8. & 9.

29. quæ propinquæ inter se habentur, &c.] Veteres enim Græcos litteras easde penè fuisse, que nunc Latine sunt, iudicio esse scribit Plinius, ubi supra, Delphicā tabulā anciam que Romæ in palatio Mineræ adhuc conspicietur eius temporibus. Deinde de consuetudine Latine & Græcæ lingue complures scripserunt, nominatim verō Adolphus Meerkerehus noster, l. 1. de vet. & recta pronunt. lingue Græcæ.

TERTULLIANUS
Annotati omnibus
PAMELI
A. V
16.

ARGUMENTVM LIBRI AD SCAPVLAM
PER IACOBVM PAMELIVM.

QUVM sub ipsis inuitis adhuc quintæ persecutionis suo Apologetico Roman missio vsque aded nihil se profecisse videret Tertullianus, ut Scapula Prouincia Africa Præses, Carthagini ceteris crudeliter in Christianos grassaretur, hunc libellum velut deprecatorium ad illum misit.

Non quod Christiani tormenta expauescerent, qui magis damnati gaudeant quàm absoluti, sed quod ipsis timerent qui se persequerentur, quos diligere, & pro quibus orare iubentur.

Quare (principio & sub finem) paucis inculcat suorum innocentiam, quam latè persecutus est dicto Apologetico a c. 28. ad vsque 46. quippe quum nullius hostes sint, nedum Imperatoris, quem scientes à Deo suo constitui saluum velint cum toto Romano Imperio, quousque seculum stabit: tam diu enim stabit: pro cuius salute Deo suo & ipsius Imperatoris non orent modo, sed & sacrificent.

Verum dolere se, quod neque ipse Scapula, neque vlla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem; maximè quum signa imminentis iræ Dei portenta aliquot præcessissent, tum mensis nulla, & imber nimius, tum ignes qui super moenia Carthagini proximè pependerant, & solis penè lumen extinctum in conuentu Vicensi; insuper etiam quorundam Præsidum, qui Christianos vexassent, vitæ exitus id adtestantur.

Proinde monet eum in Θεομαχίῳ, qui possit & officio iurisdictionis sue fungi, & humanitatis memi-

- I.
- II.
- III.
- III.

